

**Volumen Epistolarum, Qvas Romani Pontifices, Gregorivs
III., Stephanvs III., Zacharias I., Pavlvs I., Stephanvs IV.,
Adrianvs et Pseudopapa Constantinus miserunt& reges
Francorvm, Carolvm Martellvm, ...**

**Gretser, Jacob
[München], 1613**

Jtem exemplar Epistolæ eiusdem Papæ, ad Domnum Carolum Regem
directa pro exaltatione sanctæ Ecclesiæ & de orationibus ipsius Apostolici.
LXII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65166](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-65166)

locum atque Ecclesiam reperimus, vnde à iam fato
Domno Paulo Papa ipsum sanctum corpus apud iam
dicum Aciulfum presbyterum, concessum est.

De partibus autem Neapolitanis, sicut cum ne-
^{*confilant} fandissimis Græcis seu Beneuentanis* conciliant, qua-
liter vobis insinuantes per nostras Apostolicas Sylla-
bas direximus, omnia minutius in ore posuimus fide-
lissimi vestri Missi, scilicet Addoni Diacono, quod vo-
bis enucleatus simulque per ordinem enarrare de-
beat, ut sicut semper, & nunc per vestram à Deo con-
firmatam regalem potentiam, sancta Ecclesia exalta-
ta triumphet in ampliato honore, una cum spiritale
filia nostra, Regina, seu præcellentissima vestra prole,
à terreno regno fulgentes in perpetuum, cum sanctis
omnibus regnare mereamini. In columem excellen-
tiam vestram gratia superna custodiat.

*Item exemplar Epistolæ eiusdem Papæ, ad
Dominum Carolum Regem directa pro exaltatione san-
ctæ Ecclesia & de orationibus ipsius
Apostolici.*

LXII.

*Summ. 19.
Bar. ibid.*

DO M N O excellentissimo filio Carolo, Regi
Francorum & Langobardorum, atque Patri-
cio Romanorum Adrianus Papa. Mellifluæ,
& à Deo protetæ tuæ excellentiæ, benignissime fili,
honorabiles suscepimus Syllabas, quibus & cum ni-
mio amore liquido informati sumus, sed omnipo-
tent, clemens & misericors Deus, in cuius manu cor
excellentiæ tuæ, bone & Deo imitabilis fili, regitur,
corroboret cor & mentem tuam, & brachium suæ po-
tentiaæ

tentiæ tibi extendat. Nos quidem die noctuq; num-
quam desistimus, cum sacerdotibus, cunctoque Chri-
stiano populo, in Confessione beati Petri, principis
Apostolorum, suppliciter exorare, ut vna cum excel-
lentissima filia nostra Regina, & præcellentissima ve-
stra nobilissima prole, victorem te super omnes bar-
baras nationes faciat, quatenus omnes sub tuo bra-
chio humiliati vestigia pedum tuorum, prorsus oscu-
lentur, & Ecclesia Dei, à vestra à Deo instituta regali
potentia * nimirum exaltetur, numquam enim, cre- * f. nimis
dimus, quod semel pollicitus es, super venerabile cor-
pus beati Petri Clauigeri regni cœlorum, ut quælibet
falsa potestas seu principatus, poterit tuam firmissimā
excellentiam segregare, à charitate & amore, quem à
cunabulis tuis B. Petro, principi Apostolorum, habu-
isti, sed in ea fide, & dilectione, simulq; & promissione
te confidimus permanere, in qua & nos firmi & stabi-
les, quod facie ad faciem polliciti sumus, Domino
præsidante, & B. Petro principe Apostolorum medi-
ante, vsq; in finem manemus. Vnde omnipotens pius
& misericors Deus, longo ac prospero senio, vna cum
præcellentissima filia nostra, Regina, & nobilissima
sobole regni gubernacula faciat perfrui, & vitâ æter-
nam vobis tribuat possidendam. In columem
Excellentiam vestram gratia super-
na custodiat.



Item